
826.



PSALMODIA

FLORIANI CANALIS BRIXIANI,

Vesperarum in omnes totius anni festos dies, nec non Completorij pro tempore, quinis, vel quaternis tantummodo, si libeat, vocibus decantanda.

Nunc primum in lucem edita.






VENETIIS.

APVD HAEREDEM HIERONYMI SCOTI.

M D L XXV.

REVERENDO IN PRIMIS ET OBSERVANDO PATRI D. JACOBO

Lebetto Ferrariensi Canonico regulari D. Augustini, familiæ Diui Saluatoris D. Florianus Canalis Brixianus ordinis eiusdem, & familiæ Canonicus S. P. D.







VT otium, & inertiam fugerem, quod cum virtutis cultoribus omnibus, tum religioso cuiq;, ac probo viro faciundum semper putaui, cæpi multos iam ante annos, quæ mihi potissimum, vt id efficerem, ineunda ratio esset, mecum ipse diligētissime cogitare. Et quoniam ingenium meum in nobilissimam suauissimæ Musices disciplinam haud mediocriter propensum sentiebam, facile in eam ductus sum sententiam, vt quod mihi tempus à rebus diuinis, ac literarum studijs superesset, id omne in musicis insumere, & aliquando defatigatum grauioribus curis animum his quasi honestis quibusdam lusibus relaxare statuerim. cumque toto huc pectore incumberem, & diu, multumque in hac palestra insudassem, vsus interim cum alijs non ignobilibus magistris, tum vero Adriano illo Musicorum omnium nostræ memoriæ facilè principe qui me vti filium semper, dum in humanis egit, & plurimum dilexit, & diligentissimè docuit, quid tandem in eo studiorum genere, quantumuè profecissem, experiri vtcunque volui, illud interim Iuuenalis sæpenumero memoria repetens.

Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam?

Ac primum quidē cantiunculas nescio quas prælusi, deinde Cantica plura, et varia partim quaternis partim quinis distincta vocibus cōposui. Cūq; res belle mihi sub manibus cedere videretur, & iam Symphoniā meam peritioribus, & mei amantioribus non omnino aspernandā censeri, nec illibenter à plerisq; cani animaduerterem, nequid ipse mihi forte in Dei munere deessem, maiora deinceps, ac meliora aggredi non dubitaui, & ad Psalmos Dauidicos animum appuli: ex quibus quoscunq; festis totius anni diebus in vespertinis horis, atq; Completorio canere sancta consueuit Ecclesia, exceptos musicis itidem notis commendaui, tonos ferè omnes quinis vocibus complexus, sed ea tamen ratione conformatos, vt quaternis nihilominus concinne canendo efferre ijdem possint omnes, si quando vel legitimus cantorum deficeret numerus, vel quaternaria magis modulatio delectaret: quod vtiq; canendi, aut componendi genus hactenus, quod ipse sciam, attigit nemo. Cum verò nouos hosce musicos conceptus meos effudissem, nihil mihi potius fuit, quam vt eos experiendæ rei causa cum amicis quibusdā & familiaribus meis artis eiusdem gnaris viris, & conferrem et canerē, inter quos primus, atq; præcipuus fuit Musis dilectus Franciscus Luciascus ciuis, & idem amicus tuus, quē ego, vel te Pater optime iudice nullis, qui voce simul, & organo hac nostra tēpestate excellant, inferiorem, multis etiam superiorem dixerim: quod cum sæpius fecissem, omnes, præsertim Luciascus ipse, eosdem modos meos nedum probare, sed (quæ illorum humanitas fuit) celebrare, & à me, quamprimum in suam, & aliorum gratiam, qui musicis, & ecclesiasticis choris vacarent, vt emitterem flagitare. At ego id primum negare, excusareq;, quod cantus eiusmodi alios his nostris meliores, ac suauiores præ manibus haberent Symphoniaci homines, illud mihi operæ pretium futurum, si nostris hisce quibuscunq; laboribus turpi à laribus nostris otio profligato, honeste, religioseq; vitam in virtute transigerem. Cæterum cum rursum pluribus, ac varijs rationibus, præsertim nouæ inuentionis argumento vehementius ijdem vrgerent, atq; amantius lacescerent, ac ne ita quidem persuaderent omnino, sed adhuc ipse hæsitarim, & quid facto opus esset ambigerem, optima ea tandem mihi ad deliberandum visa est ratio, vt Lebetium, te inquam, ipsum vnum de hac re tota consulerem. Itaq; misi ad te Ferrariam superioribus mensibus Psalmos ipsos, te inprimis orans, & pro tua dignitate, proque meo singulari in te amore, & obseruantia obtestans, vt quid de ijs sentires, quidque mihi cum amicis, agendum de editione censeres, liberè, atque ingenue literis tuis significares. Incredibile enim propemodum est, quanti te faciam, quamq; de tuo elimatissimo iudicio, perpetuaque vel in me beneuolentia, vel in studiosos omnes humanitate tua confidam. Id vero cum fecisses, & responsum ego à te vti grauissimum, ita gratissimum mihi accepissem, Dignos nimirum, qui in lucem tandem aliquando proferrentur, Psalmos, eamque ab amicis, ac bonis omnibus gratiam ineundam omnino videri, consilium ilico exequendum mihi tuum putaui: eos itaque, qualescunque sint, edidi, & tua sub tutela emissos perlibenter edidi, vt præsidio isto freti ita hominum cœtus non effugiant, vt ne malorum quidem, ac inuidorum aculeos reformident. Quod si primos hosce fœtus meos sicuti tibi, & amicis, ita cæteris placere intellexero, meliores posthac, quos iam nunc parturio, & gratiores Diuis bene iuuantibus pariam. Nam Responsa versuum Psalmorum eorundem breui typis mandabo, vt binis choris eodem sub tono alternis integre decantari queant. Hos autem tu interim læta (vt amicorum soles omnia) fronte accipe, benigneque protege, ac foue, meque tibi, tuæque virtuti perpetuò addictum, perpetuo commendatum habe. Vale. Iguuij ex ædibus D. secundi. pridie Cal. Decembris anno Domini. 1575.











Ede a dex tris meis. Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex sion dominare in medio inimicorum tuorum. Iurauit dominus & non pęnitebit eum tu es sacerdos in æter num secundum or dinem melchisedech. Iudicabit in natio nibus implebit ruinas con quassabit capita in terra multo rum. Gloria patri & filio & spiritui sancto ij

Tertij toni. Confitebor



N consilio iustorum & congrega tione. Confessio & magnificentia opus eius & iustitia eius

manet in se culum seculi. Memor erit in se culum testamen ti sui Virtutem operum suorum anuntiabit populo suo. Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi facta in veritate & ę quitate. San ctum & terribile no men eius initium sapientię ti mor domini. Gloria patri & filio & spiri tui sancto.

Sexti toni. Beatus vir.

I N mandatis e ius volet nimis. Gloria & diuitiæ in domo eius & iustitia eius manet in seculum seculi.

Iocundus homo qui miseretur & commodat disponet sermones

suos in iuditio quia in æternum non commouebitur.

Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius non

cõ mouebitur donec despitiat inimicos suos. Peccator vi-

debit & irasce tur dentibus suis fremet

& tabescet desiderium peccatorum peri bit.

Si cut erat in principio & nunc & sem-

per & seculα ij se culo rum amen. Quinti toni.

LAudate nomen do mini. A solis

ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini. Quis sicut

dominus de us noster qui in al tis habitat & hu-

milia respicit in cę lo & in terra. Vt collo-

cet eum cũ principibus cum principibus populi sui. Gloria pa-

tri & fi lio & spiritui sancto ij

Quarti toni.

LAudate eum omnes po puli.

Gloria patri & filio & spiri tu i sancto ij

Tertij toni.

EGo autem humilia tus sum ni mis.

Quid retribuam do mino pro omnibus quę retribuit mihi.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius mors

sanctorum eius. Dirupisti dñe. Tibi sacrifica bo hostiam

laudis & nomen domini inuocabo. Gloria pa tri

& filio & spiri tui sancto. Quarti toni.

D

Omine exaudi vocem me am. Si i-

niquita tes obseruaueris domine domine quis susti-

nebit. ij Sustinuit anima mea in verbo

eius sperauit anima mea in domino. Qui a apud domi-

num misericor dia & copiosa apud eum redem ptio.

Gloria patri & filio ij

& spiritu-

i sancto ij

D

Omus iacob de populo bar baro. Ma-

re vidit & fu git Iordanis conuersus est retrorsum.

Quid est tibi mare quod fugisti & tu iordanis quia conuer sus es

retrorsum. A facie domini mota est terra mota est terra ij

a facie dei iacob. A. 3 Non nobis do mine non

nobis sed nomini tuo da gloriam ij

Del Floriani. L

Deus autem noster in cœlo omnia quæcunque voluit fecit.

Os habent & non loquentur oculos habent & non videbunt. Manus

habent & non palpabunt pedes habent & non ambulabunt non clamabunt

in gutture suo. Adiutor eorum & protector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in domino adiutor eorum &

protector eorum est. Benedixit Tacet. Adijciat dominus super

vos super vos & super filios vestros. Cęlum cęli domi-

no terram autem dedit filijs hominum. Sed nos qui

viuimus benedicimus domino ex hoc nunc & vsque in seculum.

Sicut erat in principio & nunc & sem-

per & in secula seculo rum amen. Tertij toni. Lætatus.

IN domum do mini ibi mus. Hierusa-

lem quæ edificatur vt ci uitas cuius participati-

o eius in idi psum. Quia illic sede runt

sedes in iuditio sedes super domum dauid. Fiat pax in vir-

tute tua & abundan tia in turribus tuis.

Propter domum. Quæsiui bona ti bi. Sicut erat in princi-

pio & núc & semper & in secula se culo rum amen.



Acti sumus sicut consolati. Tunc dicent inter

gentes magnificauit dominus facere cum eis. Conuerte domine ca-

ptiuitatem nostram sicut tor rens in austro. Euntes i-

bant & flebant mitentes semina su a. Gloria pa-

tri & filio & spiritui sancto & spiritui sancto.

Sexti toni. Nisi dominus.

N vanum laborauerunt qui edificant eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postquã se-

deritis qui manducatis panem doloris. Sicut sagittæ in manu

poten tis ita filij excussorum.

Gloria patri & fi lio & spiritui

sancto & spiritui sancto.

Quarti toni.

B Eati omnes. Qui ambulant in vi js eius ij

Vxor tua si cut

vitis abundans in lateribus domus tuæ. Ecce sic bene-

dicetur homo qui timet dominum qui timet dom inum ij

Et videas filios filiorum tuorum pacem super i-

srael pacem super israel. Sicut erat in principio &

nunc & semper & in secula se culorum a men.



T omnis mansuetudinis eius. Si introiero in tabernaculum domus meæ Si ascendero in lectum strati mei. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo Iacob. Adorabimus in tabernaculum eius adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Sacerdotes tui induantur iustitiam & sancti tui exultent. Iurauit dominus dauid veritatem & non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. E. filij eorum vsque

in seculum sedebunt super sedem tuam. Hęc requies mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam. Sacerdotes eius induam salutari & sancti eius exultatione exultabunt. I nimicos eius induant confusione super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea: Sicut erat in principio & nunc & semper & in secula seculorum amen.

Secundi toni. Confitebor.

Q Voniam audisti verba oris mei. Et veritate tua quoniam magnificasti super omne nomē sanctum tuum.

Confiteantur tibi domine omnes reges terræ quia

audierunt omnia ver ba o ris tui. Quoniam

excelsus dominus & humilia re spicit & alta a

longe cognoscit. Dominus retribuet pro me domine

misericordia tua in seculum & opera manuum

tuarum ne despitias. Sicut erat in prin-

cipio & nunc & semper & in secula se culorum amen.

Octaui toni.

T V cognouisti sessionem meam & resurecti-

onem meam. Et omnes vias meas preuidisti quia non

est sermo in lingua mea. Mirabilis facta est scientia tua ex

me confortata est & non potero ad eam. Si ascendero in

cęlum tu illic es si descendero in infernum ades. Et enim il-

luc manus tua deducet me & tenebit me dextera tua. Quia

tenebræ non oscurabuntur ad te & nox sicut dies illuminabi-

tur sicut tenebræ eius ita & lu mene ius. Confite-

bor tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tu-

a & anima mea cognoscet nimis. Imperfectum meum viderunt ocu-

li tui & in libro tuo omnes scribētur dies formabūtur & nemo in eis.

Del Floriani. M

Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur

exurexi & ad huc sum tecum. Quia dicitis in cogita-

tione accipient in vanitate ciuitates suas. Perfecto

odio oderam illos & inimici facti sunt mihi. Et vide

si via iniquitatis in me est & deduc me in via eterna.

Sicut erat in princi pio & nunc & semper & in

secula & in secula seculorum amen.

Quarti toni. Laudate dominum.

LAuda te eum omnes po-

puli, Gloria patri & fi lio &

spiritui san cto & spiritui sancto.

IN vanum laborauerunt qui edificant eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postquā se-

deritis qui manduca tis pa nem do loris.

Sicut sagitæ in manu potentis ita filij excusorum.

Gloria patri & filio & spiri tui san cto.

Primi toni.

LAuda deum tuum, sion. Qui posu-

it fines tuos pacem & adipe frumenti sa tiat te.

Qui dat niuem sicut lanam nebulam sicut cinerem spargit

E mittet verbum suum & liquefaciet e a fla-

bit spiritus eius & flu ent aquæ. Non fecit ta-

liter omni natio ni & iuditia sua non manifesta-

bit eis. Sicut erat in principio & nunc & semper & nunc & sem-

per & in secula se culorum a men.

Completorium Octaui toni.



Iserere mei & exaudi orationem meam.

Scitote quoniam mirificauit dominus san ctũ suum domi-

nus exaudiet me cũ clamauero ad eum. Sacrificate sacrificium

iustitiæ & sperate in domino multi dicunt quis ostendit nobis bona.

A fructu. Multiplicati sunt ij

Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in se-

cula se culorum amen.



Nclina ad me aurem tuam accelera vt eruas me.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu &

enutries me. In ma nus tuas Cõmendo spiri-

tum meum redemisti me domine deus veritatis Sicut erat in

principio & nunc & semper & in secula se culorum amen.



Icet domino suscceptor meus es tu

& refugium meum deus meus sperabo in e um.

Scapulis suis obumbrabit tibi & sub pennis eius

sperabis. A negotio per ambulan te in

tenebris ab incur su & demonio meridiano.

Veruntamen oculis tuis considerabis & retribu-

tionem peccatorum videbis. A quattro Non accedet

ad te malum & flagellum & flagellum non appro-

pinquabit tabernaculo tuo. In manibus porta-

bunt te ne forte offendas ad lapidem pe dem tuum.

Quoniam. Protegam e um quoniam cognouit

no men meum. Longitudine die rum

replebo eum & ostendam illi salutare meum.

Sicu t erat in principio & nunc & semper

& in se cula seculorum amen.

QVi statis in domo domini in atrijs domus

dei nostri. Benedicat tibi dominus ex sion

qui fecit cęlum & terram.

Sicut e rat in principio &

nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum amen.

M I ſerere mihi do mine ij

& exau di ora tionem meam ora-

tionem meam. Himnus. Procul recedant ſomnia

& noctium fantaſmata hoſtemque noſtrũ comprime ne pollu-

an tur corpora. A men ij Deo gra-

tias. ij In manus tuas domine Cõmendo ſpiritum

meum. Sub vmbra alarum tuarum protege nos.

O Via viderunt oculi mei ſaluta-

re tu um. Lumen & reuelationem gen-

tium & gloriam ple bis tu æ iſrael.

Si cut erat in principio & nunc & ſemper & in ſe-

cula & in ſe cula ſe culo rum amen.

S Alua nos domine ſal-

ua nos do mine vigilantes cuſtodi nos

dormientes vt vigilemus cum chri-


ſto & requieſcamus in pace. ij





Lma redemptoris mater quæ per via




cœli porta manens & stella ma ris Succurre cadenti



surgere qui cu ra' populo tu quæ genuisti natura




mirante tuum sanctū genitorem Vir go prius ac po-



sterius Gabrielis ab ore sumens illud aue pecatorum miserere.




Dei genitrix intercede pro nobis.




Et concepit de spiritu sancto. Amen. amen.




Ve regina cœlorum aue domina



angelorum ex qua mundo lux est orta Gaude glo-



riosa super omnes speciosa Vale valde deco-




ra & pro nobis semper Christum exora. Da mihi virtu-




tem contra hostes tuos. A men. A men.





Egina cęli læta re allelu-



ia Quia quem meruisti portare alle lu-



ia Resurrexit sicut dixit al leluia ora



pro nobis deum alleluia alleluia. Quia surre-




xit dominus vere al leluia. A-





men.




Alue regina mater miſericordi-



æ Vita dulcedo & ſpes noſtra ſalue Ad te cla-


mamus exules filij Euæ Ad te ſuſpiramus gemen-


tes & flentes in hac lacrimarum valle E ya er-


go aduocata noſtra illos tuos miſericordes o-


culos ad nos conuerte Et Ieſum benedictum fructum ventris tu-


i nobis poſt hoc exilium oſtende O clemens o pia o dulcis


virgo Maria. Vt digni efficiamur promiſsionibus chriſti.


Amen. Amen. ij

FINIS.

Mus. pract. ant.

